



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxii. De noui operis nunciatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De noui operis nunciatione. Tit. 32.

3. *Significantibus.* **I**S qui nouum opus nunciauit, si volt, intratim
mestre de iure suo doceto, interim ab oper-
cessator, alioquin recepta cautione operis de-
moliundi statim ædificari permittito.

1. *Intelleximus.* Post noui autem operis nunciationem etiam
ecclesia ædificata, quicquidve in ecclesia adi-
2. *Cum ex iniuncto.* ficiatum erit expensis construentis destrutor,
demolitor.

De priuilegiis, & excessibus priuilegiorum. Tit. 33.

4. *Dilesti.* **A**Liena priuilegia qui violat suis ipse priu-
ri meretor.

3. *Cum & plantare.* Itaque religiosi etiam exempti ecclesiæ, &
decumas de manu laicorum sine dicecesanoru-
cōfensu ne recipiunto. si quas recepsint: dimit-
tunto.

Excōmunicatos quoque & nominatim inter-
dictos tā hi quām alii iuxta episcoporu-
sentia euitāto. in ecclesiis pleno iure ad eos non
pertinentibus instituundos episcopis præsentan-
to, quos in consultis episcopis ne destituunto. at
rationem temporalium ab eis exigunto.

Ad interdictam ecclesiam si venerint: non
nisi semel in anno ad ecclesiasticū officium ad-
mittuntor. nec tunc ibi defunctorum corpora
sepeliuntor.

Confratres eorum qui nō omnino se eis de-
uouere ab ordinariorū potestate ne eximuntor.